

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Aduocati i  
cum fonte primo

Rane significant clamosas aduocatorum  
allegaciones

que inani et inflata modulatione  
uelut ranarum sonis et cantibus  
mundo deceptionis fabulas  
intulerunt. Ad nichil enim  
aliud utiles sunt nisi quod  
sonum uocis improbis et importunis  
clamoribus reddunt.

Origenes super illud Exodi VIII.:  
Percuciam omnes terminos tuos ranis in  
originali.

Per secundam uero plagam, in qua ranae  
producuntur, indicari figuraliter arbitror  
carmina poëtarum  
qui, inani quadam et inflata modulatione  
uelut ranarum sonis et cantibus,  
mundo huic deceptionis fabulas  
intulerunt. Ad nihil enim  
aliud animal illud utile est nisi quod  
sonum uocis improbis et importunis  
clamoribus reddit.

Origenes, *In Exodum homelie*, 4.6 (SC  
321, M. Borret ed., p.134, ll.43-48).